

E libris

gymnasio Mauritiano Magdeburgensi

a venerabili

Carolo Funk

theol. doctore et gymnasii directore

a. 1857 hereditate relictis.

C. q. 14.

74
1592-1744

Q. D. R. V.

DISSE^RTAT^O PHILOSOPHICA
DE
ACCISMO
SEV
**SIMVLATA RECV.
SATIONE EIVS, QVOD
MAXIME CVPIMVS,**

QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIP^E AC DOMINO,
DOMINO

GVILIELMO HENRICO
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM
ANGARIAE AC VVESTPHALIAE, &c.

Benevolo Amplissimae Facultatis
Philosophicae industu
In Illustri ad Salam Academia,
PRAESES

M. JOHANNES HENRICVS BARTH,
Argentinensis,
Et
RESPONDENS

JOHANNES CHRISTIANVS PAPPRIZIVS,
Grüneberga - Silesius, S. Theol. Stud.
Placidæ Eruditorum Censuræ exponunt

D. April. A. O. R. MDCCVIII.

JENAE, Litteris NISIANIS.

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Experientissimoque

DOMINO

SAMVELI LEDELIO,

Philosophiæ ac Medicinæ Doctori

celeberrimo,

Societatis Leopoldinæ Naturæ Curiosorum Theseo secundo,
Reipubl. Grünebergensis Physico longe
meritisimo.

Ut &

VIRO

Nobilissimo, Amplissimo, Praeclarissimoque

DOMINO

JOHANNI POLANO,

Lycei Landsbergensis Rectori

optime merito merentique,

Patronis ac Fautoribus suis aeterno

cultu prosequendis hoc pietatis & grati animi
monumentum statuere voluit

devinctorius s. l. n.

Gruenepel's - Silhouette & Japon's

Properties Ethylidene Cetylene carbamate

John A. O'R. McCENNY

DE NAE, THERESA MIZIANIS

VIRI AMPLISSIMI,
PATRONI VENERANDI,

Summi Vestri, Viri Nobilissimi, erga me Favoris memor, multoties jam aliquod gratissimi animi monumentum erigere meditabar. Novi autem, gratius obsequii pignus Musarum Patronis à Cliente offerri non posse, quam aliquod suorum in studiis protectuum specimen. Benigne ergo, Patroni Venerandi, interpretamini, quod, ut pietatis meæ tandem aliquo modo tatisfaciam, prælentes has pagellas Amplissimo Nomi Vistro offeram. Levidens equidem & chartaceum tantum est munus, sed hoc ipso, uti spero, non omnino ingratum. Quos enim fructus à me Musarum Alumno magis expectabitis? utpote qui Amplissimo Vistro Favore atque industria id potissimum intendistis, ut suas aliquando fruges qualiacunque mea studia ferrent. Accipite modo serena fronte exiguum hoc, sincerum tamen, pietatis meæ monumentum & paterno

X

fa.

fauentissimoque Animo, quem in Vobis, Viri Amplissimi, per plures annos expertus sum, me Clientum Vestrorum Obsequiosissimum & mea qualiacunque studia porro dignamini, fovete atque sustentate. Ego (quod redhonestimenti genus mihi solum reliquistis) uti Patres meos Vos inveneram, ita tanquam Patres venerari non cessabo, Deum submisse rogitans, ut, quæ in me coutulisti favoris Beneficiorumque argumenta largissime compenset, ego autem de vegetis semper animi corporisque Vestri Viribus omnigenaque Prosperitate quam diutissime adhucdum Vobis gratulari possum

**AMPLISSIMORVM VESTRORVM
NOMINVM**

Dab. Jena.
Id. April. M DCCVIII.

Cultor devinissimus

JOHANNES CHRISTIANVS PAPPRIZIVS
Grüneberga - Silesius.



L. D. B. V.



Vantum emolumenti ad civilem *Praefatio*.
vitam caute & tranquille pera-
gendum conferat, indolem in-
geniaque hominum nosse, vitiis
speciosissimo sepe habitu ince-
dentibus larvam demere posse,
callidorumque technas, per va-
rios cuniculos occulte repentes,
investigare, nemo forte est, qui
ignorat, nisi qui in vita civili hospes & à conversatione ali-
orum separatus, seculi genium nondum est expertus. Is
ipse tamen, si semel iterumque negotiis cum aliis tractan-
dis implicatus fuerit, mox videbit, non exiguum sane no-
stræ in vita sociali felicitatis partem in eo locari, si ea, quæ
modo te igeram & alia his familia accuratius cognoscantur.
Unde non immeritojam olim in Republ. Romana,
teste acutissimo illo prudentiæ civilis Doctore, **TACITO**
Annal. IV 33.2. Ingenia (senatus, optimatum & populi)
qui maxime perdidicerant, *callidi temporum & sapientes* crede-
bantur. Quod ipsum cum **TACITVS** ultra fidem fere
didicerit, jure singularem ejus, arcana & *sepius* politi-
ca ex latebris erudiendi, artem miratur & commendat illustre
illud Argentinensium Musarum Decus, **BOECLERV** in
Comment. Tacit. p. 77 & 91. Sane vix aliâ re insignio-
rem Taciti Historiam quam simulationibus & dissimulatio-
nibus & veteratoriis artibus judicat Illustris **FORSTNE-**

A

RVS

RVS in Not. polit. ad Tacit. p. 260. Iisdem rationibus ex-
citati, paucashas de Accisno seu Ffa Recusatione pagellas
producimus. Artes enim & technas aliquo modo depin-
gunt, quæ passim hodieum dominantur, insciis externâ
iuâ larvâ, quæ plerumque virtutem mentitur, quammaxi-
me imponunt, & aliquando non sine damno aut periculo
ignorantur. Quod si libet, vel ex AVREL. VICTOR. Epi-
tom. Cæf. c. 2. quod de Tiberio agit, discas: Delatum à Pa-
tribus Principatū (quod quidem aſtu fecerat,) ſicē abnūre,
quid ſi gub dicent vel ſentient, arrociſer explorans: quæ res
bonos quoſque peſſim dedit, eſtimantes enim ex animo cum len-
ga oratione imperialis molieſta magnitudinem declinare, cum ſen-
tientias ad ejus voluntatem promunt, incessere exiitā poſtremā.
Ita vero hos ipſos Acciſtantium mores deſcripſimus, ut
non tanquam imitandos eosdem ſemper approbaremus,
ſed potius tanquam ex monumentis Historicis obſervan-
dos & ſuo tempore interdum evitandos detegeremus. Un-
de multa invenies, quæ tantum, quid Acciſtantes facere
ſoleant, non quid facere debeat, juxta Ethicæ Characteri-
ſticæ leges oſtendunt. Minime ergo omnia quæ de Augu-
ſto, Tiberio, Boriffo aliisque attulimus, comprobannis,
verum quid de iisdem habendum fit, id facile ex Judicio
Morali, quod in fine ſubjunxi muſt, hauriri potest. Te ve-
ro B L levidenſes hæc Pagellæ eā qua par est obſervantia
rogitant, ut, in quo iſta deficiunt nec expectationi Tuę
reſpondent, idipſum Tu favore & Benevolentia Tua com-
penſis.

§. I.

Vocis Ac-
ciſtini Na-
tates.



Vamquam ipsa Vox Acciſti, vel (ſi mavis
dicere, Græco idiome) *Auxiopæ* in Ve-
terum pariter atque Recentiorum Monu-
mentis paſſim occurrat, attamen cum non
ubivis obvia ſit & tanquam proverbialis
diſcio, niſi ē ſua origine eruatur, aliqua obſcuritate labo-
re

re videatur, non alienum à scopo nostro fore existimo, si Natales ejus & varios Usus, quos apud Veteres habuit, paucis delibavero; his enim cognitis, eō magis inoffenso pēde ad ipsam Accīsmi Naturam perspicciendam progredi poterimus. Originem autem trahit suam Vox: *Accīsmus*: à Muliere quadam Græca, cui Nomen *Auxō*, *Accō* erat, teste *s'vīda* (a) qui in voce: *Auxīσσω*, natales hujus vocabuli dedit *ἀνδρὸς γυναικὸς μαρτύρες*, *ἥτις ἐγελάντο ἀν-*
δίος, à *femina quadam fatua*, quā vocatur *Accō*. Cui con-
 sentit *ETYMOLOGICVM GRAECVM MAGNVM* (b). Con-
 ferri etiam potest *Corpus Adagiorum ERASMI* & alio-
 rum (c), *HENRICVS STEPHANVS* (d) & *THESAU-*
RVS LINGVAE LATINAЕ seu *FORVM ROMANVM*. (e). Utrum autem plures an una tantum fuerit *Accō*, quā no-
 men Accīsmo dedisse dicitur, inquire super sedeo. Illud
 tantum noto, Mores mulieris cujusdam Accūs ita innotu-
 isse, ut à longo jam tempore in proverbium abierint. Et
 hinc ortum est illud, *auxīσσω*, *accīssare*, & *auxīσσω*, *accī-*
smus. Vox ergo origine Græca est *Accīsmus*, quā tamen,
 pricipue à recentioris ætatis Authoribus, uti infra §. IV.
 videbimus, Latino quoque idiomate passim adhibetur.

§. II.

Cum autem inconditi Mulieris hujus mores varii fue- *Homony-*
 rint generis, vario quoque sensu hæc voces *auxīσσω* & *auxī-*
σσω sumuntur. Accō ipsa vel vultu vel moribus ita forte
 deformis erat, ut quasi Manducus quidam aut *μορφοῦ-*
τερος, quo à mulierculis pueruli immorigeri à malitia sua
 detineri s̄p̄ solent, Accō quoque à Veteribus diceretur.
 Unde à *PLVTARCHO* (f) *Accō* & *Alphito* junguntur,

A 2

§i

(a) in Lexico. (b) p. 12. in voce *ἀνδρὶσσωται*. (c) pa. 652. in A-
 dagio, *ἀνδρὶσσων*, *accīssare*. (d) in *Thefaur. Graec. Ling.*
 voce: *Auxō*. (e) in voce: *Accīsmus*. (f) de Stoicorum
 Repugnanti. p. 1640. adde REINES. Var. Lection. L. III. c. 15.

δι' ἐτὶ παῖδερα τὸν παροχόδεν εἰ γυναικίς αὐτορυπούσιν, qua-
rum formidine puerulos mulieres à malo oto deterrem. Num
vero hæc ipsa Acco eadem sit cum ista, à qua Accisnum deduxi litem hanc, cum magni momenti non sit, meam nunc
non facio. Progredior potius & ex variis Accus moribus
varias Accisni, easque potiores significaciones eruo. Nota-
tatur ergo I. Stultitiam, SVIDAE enim ἀνιζόμενον est et-
iam l.c. μωράτων, despiciens & ἀκονισμόν, οὐδὲ η μωρά. Acci-
smus etiam Stultitia dicitur. HESYCHIO (g) ανιζέν iti-
dem est μωράτων. ETYMOLOG. MAGNUM rationem l.c.
etiam reddit ex Accis moribus, de eâ enim hæc posteritati
reliquit: οὐτις ἴστορεται μωράτων γενέσαι, οὐδὲ τῷ κατέπτηρ
διαλέγεται. Unde ERASMVS, (h) scribunt, inquit,
Acco mulierem fuisse quampiam nota stulticie, que solita fit ad
speculum cum imagine sua, perinde atque cum alia muliere con-
fabulari, ut hinc vulgo, quæ stultus aut ineptius aliquid agerent
accidere dicentur, & Accus nomine compellarentur. Quore-
ferri etiam debet istud Adagium, οὐτις ἴστορεται μωράτων
in armis accidat, cuius meminat ETYMOLOGICVM MA-
GNVM. Quod cedit in eum (verba sunt ERASMI (i)
qui sibi placet, seque quasi contemplaur in armis suis. Con-
veniet in quemvis sibi stulte placentem. II. ανιζέσαι idem
quoque est aliquando ac γυναικέσαι mulieriter agere, te-
stibus SVIDA, HESYCHIO, & ETYMOLOGICO MA-
GNO locis antea jam citatis. γυναικέσαι autem in
SVIDA juxta HENRIC. STEPHANVM in l.c. est mulie-
briter lascivire. Mallem tamen cum SVIDAE. Interpretē
γυναικόμενον vertere, mulierum mores imitantem, & sic fa-
mosiorem vocis γυναικέσαι significationem retinere,
quæ est ex mente ipsius STEPHANI in Thesæuro p. 89.
fæminam agere, culu g. sluge fæminam repreßentare, in mulie-

(g) in Lexico, voce: ανιζέν, adde Col. Rhodig. Lib. XVII. Ant. Lect. c. 2. p. 627. (h) in Adagio; ανιζέν, accidere. (i) Adag. p. 586.

(5) 55

sem degenerare. Ad quos mores etiam referri potest illa mulierum indoles, quam ~~annus~~ nomine appellat LVCIANVS (in Libello, quem inscribit ~~Epistles~~, Amors p. 903.) qua in praesentia maritorum, dum menix assident, summis tantum labris de singulis cibis aliquid degustant, Gallorum illud dicterum exprimentes, qui sunt la petite bouche, conf. Stephan Thesaur. in voce: ~~annus~~. III. Notat Accisimus ^{III. Simul-} etiam simulationem, idque duplicitatione, vel enim indig- lationem- tati in genere quamvis simulationem, vel certam simulatio- vel in ge- nis speciem. De significatione priori testatur SVIDAS, NE- nere talentum SYCHIVS & ETYMOLOG. MAGN. (k) quibus ~~annis~~ idem est ac προστίθενται simulationē & αντίχειρα, idem ac προστίθενται, simulans. Quo sensu CICERO (l) Attico suo scripsit: Quid aliud? quid? hoc opinor. certi sumus perisse omnia, quid enim αντίχειρα remedium? id est, quid dissimulamus aut tergiversamur fateri? Ita etiam LVCIANVS (m) πάντα σὺ προστίθενται προστίθενται φίλοτης, πῦ πεισευέται φίλοι περὶ τῶν ἐμῶν τοῖσταν πόλεων, πῦ φίλοι, προΐδε omni simulatione sub- lata, ὁ amice, quem calculum Tibi de meis amoribus judicium eredit, jam feras. In specie autem & significatione ea, vel in spe- quam nos intendimus, notat simulationem qua reuefamus cireuefus- id, quod tamen maxime cupimus. Illud enim, ut loquitur titionem e- ERASMVS (n) moribus bujus mulieris quoque adfuit, ut reuefus, quod faret, qua tamen cupiebat: unde & Accisimus ficta ejusmodi Re- tamen- tatio dicitur. Sic & ETYMOLOG. MAGN. (o) οὐ ximecupi- paivis δέ εγώ τὸν θέλοντα μὲν προποίειν δέ μὲν θέλοντα μὲν. Επειδὴ προποίειν εἰς κακὸν πονητούς, notat autem etiam eum, qui hac est hu- vult quidem al quid, si simulat se nolle. Accisimi enim simula- tiones sunt & Hypocrises. Eundem quoque sensum SVIDAS ex Accis moribus in proverbium abeuntibus deducit. Et hac posterior significatio est, quia materiam, his in pagellis,

A 3

tra

(k) locis supra cit. (l) Lib. II. ER ad Attic. XIX. (m) in Lib.
quem inscribit sp̄ates Amores Tom I. p. m. 876. (n) l. c. Adag.
(o) voce *anūt̄s agor*.

tractandam, exprimit, quamque LVCIANVS (sp) in ser-
vo isto, qui, quod ipsi à cœnipeta quodam offerebatur, si-
mulata mente reculabat, breviter sed optime delineat, dum
ait: δέ δὲ δεινότερον, καὶ πάγκη παρὰ τὸ δέ τοῦ; καὶ ἡδέλεις
παρά τοῦ εἰπεῖν, τέλος εἰπεῖν. Ille vero accissans, apage,
inquit: numquid ego à te accipiam? quibus addit, Dii prohibi-
beant: tandem tamen sicutur. Itaque PHILOSTRATVS (q)
in Epistola quæ inscribitur, γραμμῇ cum præmisisset, quid
Danae Lyda, Europa, &c. acceperint, admonet ipsam, ad
quam scribit, λαβε, λαβε, καὶ οὐ, τὸν ἀνισχόντα δέ τοῦτον, &c.
accipe, accipe etiam tu, accimum (fictam recusationem) tol-
lens. Plura autem Veterum Testimonia eundem Voci
hujus sensum confirmantia si desideras, invenies ea ab
RASMO & STEPHANO I.c adducta.

§. III.

Et aliis
adagis il-
lustratur

Illustrari vero hic ipse Accisnus variis adagijs aliis,
ad eandem metam tendentibus, potest, quale est istud,
quod SVIDAS (r) quoque adducit, illiusque sensum
statim annectit ἀντίζουσιν οὐδέποτε τὸν ὄντον, scytha asinum, ac
accissans δὴ τὸν βελυτομένων λόγων μὲν, ἐγγράφει φερετον, id ἀν-
τί τοι τερψθεῖσιν, ἐφη πέρι σκύθων παρεντας δένειν τι τὸ σκύθα,
δὲ δέ εμούσευτο μὲν, ὅσπερ δὲ επούσιον, quod dicitur de illis, qui
verbis quidem aliquid aversantur, re ipsa vero concupiscunt. Via-
dens enim aliquis asinum mortuum, ad Scytham, qui aderat,
dixit: En cœnam, Scytha! Ille vero tunc quidam similavit, se
id aversari, postea vero cœnam inde sibi paravit. Eodem
tendit etiam illud: σκύθης ὄντος ἐρῆσθαι Scytha asinum videe conf.
TVRNEB. (s) & istud: τὸν ἵππον ὁ σκύθης. Equum Scy-
tha, subandi, aversatur, aut si aliud convenientius mavis.
Cujus Applicationem non incongruam vide in ADAG. E-
RASMI (t) Id genus hominum neuliquam rarum est, qui mu-
ne

(p) in tract. περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συρόταν, δέ μερcede conduit.

T. I. p. 456. (q) in Epist. (r) voce ἀντίζουσιν. (s) Adver-
sar. L. XVIII. c. 9. p. 183. T. II. (t) p. m. 660.

§. (7) §.

nerum publicorum administrationem verbis despunt, & ea onus
quovis & tamen gravius exorantur, quum re ipsa nihil efficiat ma-
gis, ambitionis plenissimi.

§. IV.

Quamvis autem, ut vidimus, origine Graeca sit vox, ^{annus uide}
^{annus uide}, cum tamen Latina Lingua vocabulum simplex ^{laiino ser-}
huic ex quo respondens vix habeat, Latina terminatione, ^{mone et-}
principue in recentiorum Monumentis sapissime legitur ^{iam Acci-}
Hinc *Accissimi* voce uti non verentur *ERASMVS*; (u) *BOE-* ^{simus dict}
CLERVVS (x) *CLAPMAR*. (y) *DIETRICHIVS* (z) *HER-* ^{soket}
TIVS (a) aliquie. Vitio ergo non mihi versum iri spero,
quod Principum horum in Musarum castris vestigia fecu-
tus, in eadem cum ipsis lingua voce hac usus fuerum.

§. V.

Perspectas sic origine & usu vocis etiam me non mo- ^{Accissimi}
nente facile ex his, que haec tenus dicta sunt, cuivis patet, ^{Descriptio}
quod *Accissimus* sit. Simulata Recusatio & averratio ejus
rei, quam tamen habere quam maxime desideramus, variis
modis atque artibus sese exserebas, diversique finis & scopii
causa suscepit, vel, ut cum *TACITO* (b) breviter loquar,
si quid s, ecce recusantis flagrantissime cupimus.

§. VI.

Totiin eo vero sunt *Accissantes*, ut juxta mores Ac- ^{Forma &}
cūs, à quanomen trahunt, simulent se velle, quod nolunt, ^{Modus}
& nolle, quod volunt, & averfari quod appetunt, ^{Accissimi.}
& appetere, quod averfantur, & ita aliud, quod
ajunt, in titulo, aliud in pyxide habent, adeo-
que quod externe averfantur, *intra se optant*, si *SENECAE*
verbis uti licet (c). Variis autem modis incedunt, Ali-
quando negant aperte, quod tamen omnino volunt; ita
Tibe-

(u) in Adag. voce *άνηγεν*, (x) in Comment. ad *Tacit. An. I. 7.*
p. 120. & *Dissert. polit. annex.* Inflit. pol. p. 412. (y) in
Arganis L. II. c. 16. (z) in *Historia Tiberii*, p. 27. (a) in
Element. prud. Civil. P. II. Sect. 24. §. 13. (b) *Annal. I. 3. 3-*
(c) *de Benefic. L. VI. c. 38. p. m. 549.*

Tiberius, licet Livia Matris artibus adjutus imperium jam
occupaverit, cum simul excessisse Augustum, & rerum poti i Ne-
ronem eadem fama tu'erit, & Literas jam ad Exercitus, tanquam
ad eius principatum misericit, teste Tacito^(d) tamen multis ver-
bis senatorum, summam rerum ipsi offerebant, preces re-
pudiavit, dicendo: Solam duci Augusti mentem tanto molis
capacem prouide in civitate est illustribus viris subnixa, non ad
unum omnia deferrent (*e*); imo in universum excusari se malle,
addendo *f*). Ita monstrum illud hominum & pessimus
sceptri Anglicani Usurpator *Richardus III.* cum a Duce
Bukingamo, Procerum populiique consensum mentiente,
regium diadema ex composito ei offerretur, tanquam o-
mnino nolle, obstinate respuit. Uti ex *THOMA MORO*,
referit Consultiss. *HERTIVS*, Elem. prud. Civ. P. II. Sect.
XXIV. § 17. cum tamen nefandis infidiis, socio Bukinga-
mo, injustisque multorum cædibus contra omne jus & fas
Eduardo V Fratris sui natu majoris Filio, quem cum fratre
eius neci dedit, sceptra coronamque eriperet, ut ipse in re-
gium solium extolleretur, quod pluribus ostendit *POLY-*
DORVS VERGILIUS Histor. Anglie. Lib. *XXV.* p. 540.
seqq. Eadem via incessit, callidissimus ille *Borissius Mo-*
scorum postea Imperator, dum reiteratis recusationibus,
verbis pariter atque secessu in Monasterium facto, Im-
perium offerenti populo resitit, ut, nisi ambitum ejus sci-
res, illum ex animi sententia id ipsum recusasse jurares,
Conf. *THVANVS* Hist. Lib. *CXX.* p. 834. Aliquando,
improbant quoque eos, qui, ut oblatum accipient, adhor-
tando instant, querelisque suis magnitudinem rei qua ad-
eunda est ampliare satis non possunt, id ipsum de Tiberio
testatur *SVENTONIVS* (*g*) nunc a borantes amicos incre-
par, ut ignaros, quantabellua esset imperium, quod ulterius sup-
plet *TACITVS*, (*h*) quod dixerit se in partem curarum ab

Augst.

(d) Annal. I. 5. 5. & 7. 5. (e) Tacit. Ann. I. II. 3. (f) Tac. Ann.
I. 12. 3. (g) in Tib. c. 24. (h) Ann. I. II. 2.

Augusto vocatum, experiendo didicisse, quam arduum, quam subiectum fortuna regendi cuncta onus. Aliquando ambiguis suspensiisque verbis utuntur, ut id ipsum, quod volunt, claro & aperto sermone nec appetant nec aversentur, ita tamen eum, à quo rem oblatam expectant, in suspensiō relinquant, ut nec alii eam offerre audeat, nec ipsis offerre definit. Quod in Arcanis Tiberii obseruat **TACITVS** (i) Tiberio etiam in rebus quas non occularet seu natura seu affectus, suspensa semper & obscura verba: tunc vero (cum veritate a senatu ad Tiberium preces ut imperii onus in se suscipieret) nesciunt, ut sensus suos penitus abdere, in insertum & ambiguū magis implicabantur. Aliquando incedunt callida cunctatione atque dilatione, donec externis verbis aut signis in oblate consentiant, quæ tamen animo & corde jam dudum quasi deglutiverant. Etiam hic Accisianum mores Tiberius exprimit, teste Suetonio (k): Nunc precantem senatum & procumbentem sibi ad genua, ambigua responsis, & callida cunctatione suspendit: ut qui tam patentiam rumpereant &c. Aliquando etiam mentem abscondunt simulatione faciendi contrarium. Ex eodem arcano inductus Tiberius, defuncto Augusto, ad se solum omnem potestatem non deferrī debere simulavit, sed ut partirentur potius Reipublicæ gubernanda labores, suasis, dicendo: se, ut non tota Reipublicæ parvum, ita quæcunque pars sibi mandatur, ejus tutelam suscepturum, teste **TACITO**; (l) ut vero eō firmiorem fidem faciat, rationem satis speciosam jam præmisserat, plures facilis munia **Res. sociatis laboribus expensuros** (m), sed quanto Accisimo id fecerit, ex fatis, quæ Afinius Gaius & L. Arruntius, Tiberio Accisnum ambiguis verbis exprobraturi subierunt, quæque à Tacito descripta leguntur, (n)satis paret. **Augustus** quoque cum pristinæ libertati, deposito principatu, se Remp. restituere velle finxit, B lon-

(i) Ann. I. 11. 5: adde Aon. XIII. 3-5. (k) Tiber. 24. (l) Annal. I. 12. I. (m) ibid. c. 11. 4. (n) Ann. I. c. 12. & 13.

longa oratione Consilium hoc suum senatui exposuit quam exhibet, DIO CASSIVS (o). Quod vero simulata mente id egerit, nemo facile, qui nexus rerum tum temporis gestarum noverit, negabit. Nam ut taceam alia, an ea jam Mæcenatis, ad continuandam formam Reipubl. Monarchicam summopere ipsum instigantis Consilio acquievit Augustus, referente DIONE (p), & ad ipsum Consilium, in quo consilium hoc aperire decrevit, senatorum aptissimum quemque & sui studiofissimum præparavit, ut eo felicis scopi sui compos fieret, qui eo tendebat, non ut deponeret, sed stabiliaret potius Imperium, ut patet ex eodem Dione, (q) larvam hanc egregie detegente.

§. VII.

Objecta.

Objecta circa quæ Accissantes occupari solent, vel res ipsæ, quas cum velint, eas tamen se velle dissimulant, sicut varii generis, v. g. Imperium, Dominatio, Potentia, Dignitates, Munera, Dôna, aliaque multa. Ita Imperium & Principatus per Accissum Tiberius recusavit, teste Svetonio, (r) Principatum quamvis neque occupare confessim, neque agere dubitascat, diu tamen recusavit impudentissimo animo, & ut eò magis hanc simulationem sub virtutis larva obtegeret, plures & gravissimas causas, quibus à fuscipiendo imperio detinetur, sua modestia annexuit, quas recentet TACITVS. (s) Ita etiam alter ille Tiberius, Cromwellius, penitus abolere simulavit formam Monarchicam ex Anglia (t), sed hoc ipso Accisimo ἀντεργον suam potentiam stabilire conatus. Regis quidem Nomen ipsi oblatum indignabundis verbis repudiavit, solo Protectoris Reipublicæ titulo contentus, verum en refusant la qualité de Roi, son dessin n' etoit pas de refuser la puissance & l'autorité,

qui

(o) in Histor. Rom. lib. LII. p. 497. seqq. (p) Lib. LII. p. 493.

(q) Histor. Rom. Lib. LIII. p. 497. conf. Boecl Comment. ad Tacit. p. 37. (r) in Tib. c. 24. (s) Anal. lib. I. c. II. & 12. (t) confer La Viede Cromwel P. II, L. V. p. 271, ad An. 1653.

qui est jointe à cette dignité il ne reçoit-il que le titre de Roi,
qui n'auroit pas manqué de le rendre odieux aux Anglois, uti
l. c. legitur p. 274. Accissantis circa dominati-nem aut po Domina-
tentiam exemplum præbet Augustus, utpote qui subsidia do-
minationi suæ conquisturus, præter alia, hoc quoque ar- tentia
canum amavit, ut familiam suam, & ita cum ea potentiam
quoque suam firmaret, ampliaret, & extolleret. (u) Quod
ut obinueret, genitos etiam genero suo Agrippa Cæcum &
Lucium in familiam Cesarum v. duxerat; nec dum postea puerili
præexta Principes Juventutis appellari, destinare consules specie
recusantis flagrantissime cupiverat, indice optimo illo Arcano-
rum & Ingeniorum indagatore TACITO. (x) Quomodo in
assumendis Donis Accissimus versetur, non est cur pluribus
ostendam. Omnis Dies de eodem testatur. Quid fre-
quentius est, quam ut lingua deneget, quod cor avidissime
anhelat? quid crebrius, quam ut ore dona, cœnam prandii
& alia, quæ offeruntur, aversemur, attamen vel manu
aliquo modo protensa, vel suspensi verbis, vel leviori re-
fissentia aliquæ signis satis ostendamus. Gallorum illud
Germanorumque proverbium nos velle tantum ludere,
qui de istiusmodi Accissantibus dicere solent: *Ils se veulent faire prier.* Sie wollen gebeten seyn. Indignabuntur enim
fisi, qui offert, si ex sua recusationi fidem statim adhibeat,
instantique petitione eos ad assumendum donum non
quasi cogat. Parimodo, *Dignitates, Munera atque officia, Dignita-*
simulatione ministra contemnuntur. Ita Junius Blæsus, res &
cum Africæ Proconsul nominaretur, Tiberii, sub quo vixe-
rat, artes etiam edocetus, /specie recusantis respondit, oblatam
que provinciam deprecatus est, sed cum debita assūveratio-
ne amoliri oblatum munus non pergeret, Accissum satis
prodidit, teste TACITO (y). Et si ad nostris seculi homi-
nes

Dona

Munera

B 2

(u) de quo ar. an. e gregie, uti solent, egerunt FORSTN. ad Tacit. p. 11.
BOECL. in Comm. ad Tacit. Annal. p. 50. CLAPMAR. Arcan.
L. II. c. XXI. SCIPIO AMIRAT. Discur. polit. L. I. Disc. II.
p. 5. (x) Annal. I. 3. 3. (y) Annal. I. I. 35.

nes descendere velimus, quantus quæso Accisimus & is
quidem ut plurimum vitiosus ubi vis regnat? si vacans Di-
gnitatis alicujus aut muneris locus successorem rursus pos-
cat, non Titius tantum, sed Cajus, sed Sempronius, sed
Mævius & multi insuper alii insurgunt, ambiunt eundem,
nihil non offerunt, ad expugnandos eorum, quibus succe-
förem determinare incumbit, animos, has illasve machi-
nas struunt, imo cœlum terramque, quod ajunt, movent,
ut spartæ hujus participes fiant. Quod si eandem obti-
nueint, pro eâ, quâ gaudent, impudentiâ, non pudet ipsos
vel privato, vel publico alloquio de magna muneris mole
& amplitudine varia garrire, maluisse scilicet se, ut alii lon-
ge se digniores electi fuissent, optare se insuper, ut prist næ
quieti, si fieri posset, restituerentur, interim cum DEUS
& fata superiorumque jussa id voluerint, vel invitatos se ad
hoc obeundum munus trahi. Et quid de *Gloria* dicam?

Gloria. Quantus eorum, præcipue inter Eruditos, erit numerus,
si omnes interiora animi sensa revelarent, quibus præcipu-
us laborum actionumque finis est *Gloria*, Fama, Nominis-
que immortalitas? Hi ipsi tamen, cum ambitionem hanc,
si aperte eam confiterentur, cuivis honestiori exosam fore
conjiciant, fingunt, quasi omnino hanc fama eminentiam
ostentationemque omnino aufugiant, solamque DEI glo-
riam communemque aliorum utilitatem promovere ve-
lunt. Verum, si prætextui larva dematur, Accisimus eo-
rundem in aprico est; Et hoc est, de quo subinde Eono-
rum Virorum querelæ audiuntur, quas in compendio ex-
hibet *BAXTERVS.* (z) O tempora, o mores! Honorem
quoque Accisimi objectum esse nostra rursus tempora testan-
tur. Quod si enim alicui Convivis congressibusque inter-
esse datur, non raro is videt παντοκλασια seu dignorem in-
ter assidentes locum à nullo fere non respui, aut sépissime
ad indignationem usque Hostis disceptari, quis primam,

quæ

(z) in *Selbst-Verlehnung.* c. XLVI.

quæ distribuitur, portionem, quis secundam, & sic deinceps, accipiat. Eventus tamen sèpè docet, non omnes ex animi sententia repudiassè, quod aversabantur, alias non indignarentur ei, qui nimis protracto honoris certamini (quod Complimenten vocant) finem impositurus, cum nemo aliud velit, primum locum occupat. Exempla cum odiosa sint, tacebo. Nec hæc tantum, quæ hactenus paucis delibavi, Accissimi objecta sunt. Hæc solum speciminiis loco allata fidem facere possunt, quam longe lateque in alia quoque se extendat Accissimus, quæ vero ex brevitatis studio adduci non possunt.

§. VIII.

Ea autem plerumque est Accissantium indoles, ut pudorem & modestiam aliasque virtutes si non sequantur, saltēm præ se ferant, omnes ergo vires intendunt, ne simulationem hanc alii, cum quibus agitur, intelligent, ipsi tamen metam, quam sibi fixerant, felici successu attingant. Quod ut eo felicius obtineant, per varios gradus & flexus in hac sua tergiversandi methodo incedunt. Si charta quidem permetteret, circa quævis, quæ adduximus, objecta Gradus hi ostendi possent. Sufficiat vero nobis in uno tantum, scilicet, accipiendo Imperio eos delineare, quæ ipsa tamen tractatio, quomodo in alii procedendum, viam aperiet. Tiberium autem potissimum in Theatrum hoc producamus. Nec indignetur quæso Benevolus Lector, si hujus facta haec tenuis sapientia in exemplum adducta legerit, nam fere nullos Accissantium mores exhibere omiserat. Cum autem Historia ejus nulli fere non nota sit, eo melius etiam Accissantium indoles, quam Exemplis potissimum declaraturi sumus, in eo percipietur Id vero in eodem eo minus miremur, cum simulationem, tanquam Matrem Accissimi, adeo suam fecerit, ut nullam aequa Tiberius, ut rebarur, ex virtutibus suis quam dissimulationem diligenter, Teste Tacito (b) adeo ut inter dissimulandum etiam fere moretur,

Plexus ④
Gradua
Accissimi

(b) Annal. IV. 71. 3.

tur, unde de eo dixit idem TACITVS (c) cum in summa aetate virium defectionem dissimularet: *Tiberium corpus, jam vires, nondum dissimulatio disperbat.* Optimo ergo judicio, i^m *ANNO BOECLERVUS* (d) Tiberium simulacrum politicarum, totiusque artificii illius quod in scena aulica tanto histriatis studi ambientia adornatur, Architectum & Magistrum appellavit. In specie autem Accisnum Tiberium in accipiendo imperio paucis sed non innotatos verbis indicat idem BOECLERVUS. (e) Cujus ductum nos quoque sectutri, notamus primo, quod singulare plerumque accissimi Consilium in eo constitutere accissantes soleant ne semel annuant, semel dent manus, ut loquitur BOECLERVUS, (f) Cujus bene gñarus Tiberius, provisus tamen prius, qua tempus monebat, (g) quæve de Imperio ipsum certum reddere poterant, primum vel omnino Regiminis oneri se subjecere denegavit, vel, quod majorem pristinæ libertatis imaginem præ se fert, consilium de dispertientis inter illustiores Viros Reipublicæ Muneribus subministravit. Patres vero, cum annotante TACITO (h) in oratione qua consilium hoc procdiderat plus dignitatis quam fidei esse facile sensissent, tutissimum modum intelligendi arcana Principis esse rati sunt ea non intelligere (i), orant ergo, urgent, instant, ad genia etiam Tiberii manus tendunt supplicantes ut Imperii clavum accipiat. Tiberius interim, ut & causas suæ cunctationis habere videri posset, & maiores adhucdum obtestationes à Patribus elicet, ulterius accissando perrexit & Libellum opum publicarum Reipubl. Romanæ Augusti manu scriptum (l), recitari jussit,

ma-

(c) An. VI. 50. I. (d) Disp. in Sueton. Tiberium. §. 12. (e) Com-
ment. ad Tac. An. I. p. 121. (f) I. cit. (g) conf. Tacit.
An. I. 5. 5. (h) An. I. 11. 5. (i) de qua prudentia specie
conferri potest Dio. L. 57. p. 602. Tacit. Ann. I. 11. 6. II. 42.
& Histor. IV. 86. I. & Forstner. ad Tacit. P. I. p. 49. & 186.
& Ambrat. Discurs. polit. Lib. I. disc. IV. p. 10. (l) quem
Sueton. in Aug. c. 28. Rationarium imperii &c. 101. Brevis-
rium totius imperii appellat.

magnitudinem imperii & inde fluentium in eo gubernando molestiarum vafitatem oftensurus. Senatus interea ad infimas obtestationes, invitus licet, procubuit, iram & indignationem principis, ni id fecisset, sine dubio experturus, ad quas Tiberius forte dixit: *se, ut non toti Reip. parem, ita quacunque parsib; mandaretur, ejus tuiclam suscepiturum* (m) propius ergo accessit, & tacitus quasi monere voluit, ut pergerent modo orando insistere, mox in eo fore, ut plura sit concessurus. Taciti autem illud: *forte dixit: egregie Tiberii animum detegit.* Nondum enim videtur Tiberius id concedere volumne, ut aliquam imperii partem suscipiat, diutius potius omnino Regimen renuere voluit, *in-*
nuit ergo, (uti BOECLERVVS (n) loquitur) qualemcumque
& veluti fortitiam, aut que forte erupisset excidisseque oratio-
nen. Ea enim simulationis natura est, ut se ipsam semper dissimilare non possit. Cunctatione autem sic longius protracta patientiam quorundam rupit, qui simulationem hanc se intelligere, diutius reticere non potuerant (o). Contra quos verbis quidem & vultu invectus, indignationem iramque suam prodidit. Motus tamen his impatiens objectionibus, ne omnino lacefferet animos, rursus propius accessit, *flexit paulatim (verba TACITI sunt (p)) fessus clamor omnium, expostulatione singulorum, non ut fatigetur suscipi a se imperium, sed ut negare & rogari desinatur.* Adeo specioso titulo Accisum agere didicit! quem SVE-
TONIVS (q) ita etiam expressit, *Tandem quasi coactus, &*
que-

(m) Tacit. An. I. 12. i. Sueton. in Tib. c. 25. Dio. Lib. LVII. p. 603.

(n) Comment. ad Tacit. p. 121. (o) uti videtur licet ex Tacit.

Annal. I. c. 12. & 13. & Sueton. Tiber. c 24. (p) Ann. I. 13.

5. (q) Tib. c. 24. Gradus flexusque Accisimi egregie nota-

ri quoque possunt, in Boruffo, Theodori in Imperio Moscoviti-

co Successore, ex THVANI Hillor. Lib. CXX p. 833. seq. &

in Alberto IV Wallensteinio, ex Vita ejus a GALEACIO GVAL-

DO. Itali e conscripta & a JOSVA ARNDIO Lat. versu,

p. 98. atque SINGULARIBVS HIST. IMPERATORIAE

p. 1519. & PHIL. AND. BVRGOLD. Discurs. ad Pac. Oina-

brug. P. I. p. 118.

quarens miseram & onerosam sibi injungi servitutem, receperit imperium: nec tamen alter quam ut depositorum se quandoque spem faceret. Ipsius verba sunt haec: *Dum veniam ad id tempus, quo vobis agnum possit videri, dare vos aliquam senectutis mea requiem.* Causam quidem Tiberii, quod sincera non simulata mente tamdiu in accipiendo imperio cunctatus fuerit, agit VELLEIVS PATERC (r) Verum cum adulatiois partiumque Studium erga Tiberium Vellejus nimium prodat, Taciti, Suetonii aliorumque fidem non evertet. Ethoc est quoque, quod BOECLERVM, magnum alias Velleji estimatorem, commoverat ut exelamaret (s): *Quis vera iudicis de vivente Principe promis? Quid historia posulat a scriptore, vix admittit reverentia in cive; ne dum adulatio eius manifestum tenenus, quantum ad Tiberiana, Vellejum.*

§. IX.

*Scopus &
Finis Ac-
cissimi.* Delibatis Gradibus flexibusque Accissini, progeditor ad scopum finemque, quem Accissantes intendere solent, paucis annotandum. Variat autem potissimum pro diversitate objectorum circa quæ occupantur. Quæ cum multiplicia sint, ut supra vidimus, eo faciliorem mihi veniam polliceor, si quosdam tantum & primarios, licet non omnes fines Accissimi attulero, Dissertationem enim tantum non Librum exhibere mecum constitui. Inprimis autem circa Dominium Imperiumq; versatur, quippe quæ Helena à multis amat & ambitur, quem tamen amorem prociplerumque celant, tutius hic arcanis machinisque saxe & sub cute vulpnâ agi quam vi aperta & sub pelle leonina, bene memoris. Inter Arcana autem hæc Accissimus sapissime

(r) Lib. II. c 124. (s) Character. Vellei. c. 3. Idem in Vellejo adulatiois vitium censet VOSSIUS, de Hist. Lat. L. I. c. 24 p. 38. & Excell. Dr. STRUVIUS, in Bibl. Thoth. Histor. p. 57. Aliisque plures, quos refert Thomas Pope Bleant, in Censura Celebriorum Authorum, p. 71.

me etiam adhiberi solet præcipue in Statu Imperii Monarchici. Quorum numero quoque Accisnum inseruit CLAPMARIUS (t) BOECLERVUS (u) BOXHORNIUS (x). Primus ergo Accisni scopus tunc esse solet, ut populus sic ad imperium pertinacius offerendum magis accendatur & studia eorum, qui jam favent, adaugantur. Augustus hanc fabulam aliquoties egit, & ita *incitavit homines ad offrenda, quæ per modestiam ipse videbatur subterfugere*, uti commentatur BOECLERVUS. (y) Illustrè sane monumentum posteritati reliquit DIO CASSIUS hac de Augusti arte, (z) ubi pluribus Consilium Augusti de deponendo Imperio communicatum cum Agrippa & Mæcenate, amborumque horum sententiam confignavit, quorumille, ut Rempublicam senatus & populo redderet, author fuit, hic autem, Mæcenatem puto, ut, quam semel acquisiverat, potestatem Monarchicam retineret, magna rationum mole, Augusto persuasit. Utriusque Orationes satis longas recenset DIO, quæ fere totum Librum LII. absolvunt. In sententiam Mæcenatis facile ibat Augustus, nihilominus tamen satis longo sermone Patres Conscriptos allocutus, Imperium se abdicaturum esse exposuit, quem idem DIO adducit (a), Quod vero speravit Augustus, omnino obinuit; Commoti sunt omnium Patrum animi & eorum qui artem hanc (b) intellexerant, & eorum qui ex animo eum loqui crediderant; uno tamen omnes ore ut Monarchiam gerere pergeret, eundem rogarunt & quasi coegerunt, docente eodem DIONE (c). Et cum infidiarum, periculorum, invidiæ, odiique metum inter alias deponendi imperii causas allegasset, id etiam Accismo suo obtinuit, ut stipatoribus

C suis

(t) de Arcanis Rerum, L. II. c. XVI. (u) Comment. ad Tacit. p. 120. & Differt. polit. XVI. annexa ejusd. Inflit. polit. p. 412. (x) in Not. ad Inflit. polit. ad L. II. c. 3. p. m. 413. (y) in Comment. ad Tacit. p. 37. (z) Lib. LII. & LIII. (a) L. LIII. p. 497. (b) περιτέχνης appellat. DIO Lib. LIII. p. 502. (c) Lib. LII. p. 502.

luis duplo magis, quam reliquis militibus stipendium statim decerneret senatus. Quod egregio epiphonemate dicit CASSIUS exornat (d) dum ait: *st̄s w̄c ἀλλαγῆς καταθέσας την πορογχήταν επιμέτρον*, Ita scilicet vere regnum deponere cupiebat: quibus addit: *τὴν μὲν ἐπιγενόντων τέτοιῶν ιδεῖν πρέπει καὶ τὸν γεγενεῖας τῇ τε δύοις ἑπειβαίνεται*, Hac arte Cæsar effectus, ut ei a senatu populoque Imperium confirmaretur. Accessit & hoc, ut postea honorum augmentum ipsi quoque adderetur, ut id refert dicit CASSIUS (e). Vérisimile ergo BOCLEVRVS (f) de Augusto exclamavit, cum simulasset se deponere imperium, Romanos magis ascendit ad confirmandum sibi principatum. Insuper, cum a senatu exoratus imperii habens rursus suscepisset, potestatem in provincias divisit; in eas, quas sibi regendas sumpsit, provincias potestatem tantum decennalem aut etiam breviorem sibi destinavit, sed vide qua dicit porro observat: g) τῆς γὰρ δεκατίας ἐξελθεῖσας, ἅλλα ἔτη πίει, εἰτα πίει, καὶ μέτρα δίπα, καὶ ἕπειδε αὐτὸς δίπα, πειρατίας αὐτῷ ἐπιφέρειν ὡς τὸ τὸν διεγέλων διασχέψει διά βίσι αὐτὸν μοναχούς. Cum primum decennium exivisset, aliud quinquennium, atque eo circumacto rursum aliud quinquennium, post decennium, & eo finito aliud iterum decretum est, & quinque quidem: ita ut continuatis decenniis per totam vitam imperii summam oblinuerit.

§. X.

Idem etiam *Tiberius* intenderat Acciso suo, & plus ferè quam sperare potuerat, nactus erat. Quas enim preces, quas obtestationes, quas submissiones vix poscere potuisset, in iis omnibus cumulatim offerendis Senatoris Romanus, terror antea tot populorum, magno conatu certavi, inque servitum non ivit sed ruit, (h) ut non immerito ipse *Tiberius*, quoties Curia egredieretur, dixerit. *O homines ad servitum paratos, si famam creditimus, quam refert Tacitus (i).*

(d) Lib. LIII. p. 503. (e) l. c. p. 507. (f) Comment. ad Tacit. p. 129. (g) Lib. LIII. p. 506. Histor. Roma. (h) uti supra vidimus §. VIII. (i) Ann. III. 65. 3. 1. 1. 1. 1. 1.

Eadem arte usi sunt Licinius atque Sextius, qui quum tribunorum plebis creandorum indicia comitia essent, ita se gesserant, ut negando jam sibi velle continuari honorem, acerrime accenderent, ad id quod dissimulando petebant, plebem, teste LIVIO. (1) Família Medicea, ut ad Dualem, qua nunc floret, dignitatem ascenderet, Accisimi arcum aliquoties etiam incrementum dedit. Cum eam circa A. 1478 Sextus IV. Pontifex Romanus, Florentinos, in conspiratione contra Familiam Mediceam detestata Archiepiscopum quoque suum unā cum aliis defenestrāt pontificali habitu suspendentes, bello peteret, præmonuit quidem Bellum hoc non contra Florentinos sed Mediceam familiam, præcipue Laurentium Medices, geri. Verum Laurentius Medices, potentissimis quibusvis & clarissimis Urbis Viris convocatis exposuit, cum Bellum hoc contra familiam suam dirigatur, nolle se ut exinde Reipublica Damnum ullum accrescat, quapropter se non recusare exortas has bellī flamas sanguine suo extingueret. Quo ipso Populi Florentini favorem, quem aliijam sibi addicētissimum habuit, mirum in modum auxit, cuncti enim conclamant: salutem publicam non posse separari ab ejus salute, adeo ut existimarent conservationem sui pendere ab ejus salute, indice Regis Christianissimi (m) Historiographo, PETRO MATTHEO. Pari modo post hanc Julianus Medices cum Domini Nomen ab omnibus Florentinorum ordinibus ipsi acclamatum recusasset, Populi studium non parum hoc ipso magis magisque erga se excitaverat, ut videre licet apud eundem MATTHEVM (n). Borisius quoque, (cujus supra jam §. VI. memini,) quem in locum sororis sua, imperium recusantis, successorem populus destinavit, eundem Accisantium scopum, in quo explicando adhuc versamur, non

(1) Histor. Rom. L. VI. p. m. 457. Eudem etiam successum exp̄e-
caverat Perdiccas, qui quo modebus, quod exp̄eſſabat, appre-
teret, peribacius reliquos oblaturos esse credebat, teste
CVRTIO, in Hist. Alex. X. 6. 18. (m) L. II. Histor. Fran-
ciae IV. p. 232. seq. (n) I. c. p. 235.

minori calliditate quam successu exemplo suo ostendit. Instante enim semper populo (verbis sunt THVANI^(o)) ut administrationem delatam susciperet, quo se invidie subduceret, & per absentiam majus sui desiderium non solum in populi animis, sed etiam apud Cnefios & Bojaricos excitaret, in monasterium Virginum secum forore totum mensem abdidit. Quo successu? quaris. Populus, ne Borissius fugam caperet, locum istum cingens, easdem preces continuo clamore repetuit. Ipse Borissius tandem ad populum exiit, & tanquam ferendo oneri longe impar denuo imperium denegavit. Ad has voces (pergit THVANVS) major quam antea comploratio exorta, minis etiam deflerationi propioribus additis, ex interregno dissolutionem imperii procul dubio securaram, & singulos, quando de Republica clamatum est, saluti sue privatim consuluros &c.

§. XI.

II. Scopus. Secundus scopus, quem Accissantes præcipue rursum circa Imperium aut dominationem intendunt, est, ut invidiam eō magis amoventes, inviti & coacti humeros Imperii jugo subdidisse videantur, adeoque aliorum querelæ ita fortius reprimantur, Subditorum autem fides ad obedientiam eo fortius & promptius adstringatur, ipsi quoque nomen imperio dignissimi reportent. Quam artem Augustus omnino edidicit. Hunc enim in finem eam quoque larvam, quam suprajam contemplati sumus, induit, ut valedicere imperio se velle simularer, quod aperi docet DIO CASSIVS (p). Cum enim bono suo regimine oculos animosque fere omnium ad se rapuisset, utendum esse animis, dum favore calent, censuit, atque, ut ait DIO I. c. i. περί Σίνοντο καὶ ἵπαν τὴν μεγάλων γαρ διαδεξόδαι, οὐας καὶ ἐπ τῷ περί την πελοποννήσον, καὶ ταρθοῖσιν οὐ τὸν αὐτόποτον τὴν μοραγχταρ βεβαίωσάδαι, τὸ μὲν δευτέρον αὐτοὺς δύσις εἰπεῖσθαι, insitum.

(o) Hist. Lib. CXX. p. 834. Quisnodo Wallensteinius imperatoris sue in bello dignitatis potestatem attulerit, vide in locis superinde eo §. VIII. lit. (q). citatis. (p) Lib. LIII. p. 497.

ii alia ratione magnitudinem animi sui declarare (nimis ut & hinc dignitas ejus cresceret) atque monarchiam sibi consensu voluntium & sponte id cupientium hominum confirmare, ne videarentur in posterum inviti & coacti sub imperium unius concessisse. Pompejus quoque, ut eod magis invidia careret, gloriamque eam, ut pra reliquis dignus judicaretur, captaret, invitum se ad imperioriam dignitatem in bello contra Prædones gerendo trahi, simulandum esse statuit, si fides habenda priori. Hist. Rom. Lib. XXXVI. p. II. Non minus ipse Tiberius hoc quoque Patris Arcanum imitaturus, quasi coactus & querens misericordiam & onerosam sibi injungi servantem, recepit imperium. (q) Idem sed evidentius & apertius vi finxit Otto, notantes VETONIO. (r) Deinde (sc. à quibusdam inter faustas acclamations Imperator consulatus, trucidato antecessore Galba, effusisque pro concione ad conciliandos militum animos pollicitationibus) vergente jam die ingressus senatum, postea breviratione, quasi raptus de publico & suscipere imperium vicectius, gesturusque communis omniam arbitrio palatium petiit. Huc omnino iterum est referendum Borissius (s), homo (cum THVANO loquor (t)) literarum ignarus, ceterum astuta innata & affectata comitatem maximam in aula & toto regno Moscovorum autoritatem consecutus, qui ut se invidiæ subducere, & singulari DEI Moscorumque favore invitus & coactus quasi habendas Imperii (quas tamen in occulto variis artibus ambit) regendas sumpsisse videretur, mirum in modum accidavit, & ad lachrymas usque simulata sua recusatione populum commovit, quod prolixe recenset THVANVS (u) qui omnino legi meretur.

III. Secundum. Tertio securitatis cautionis studio eligitur Ac-
cismus. Quod rursus Exemplo suo Tiberius comprobavit. p. 834.

C 3

Ac-

(q) Sueton. Tib. c. 24. (r) in Othonie c. 7. (s) Boris i Gudennob 2

PVFENDORFFIO dictus, in der Einleit. zu der Hist. p. 712.

(t) in Histor. Lib. CXX. p. 833. ad An. 1598. (u) Histor.

Lib. CXX. p. 834.

Accisnum enim quam maxime etiam metus metum autem
potissimum Germanicus eidem expressit; Rationem red-
dit TACITVS (x) dum ait: *Causa præcipua (cunctandi & recu-
fandi per accisnum imperium) ex formidine erat, ne Germa-
nicus in cuius manu tot legiones, imensa sociorum Auxilia, mirisi
apud populum favor (y) habere (statim) imperium, quam (in-
futurum) expectare malle.* Augustus enim diu cunctatus an-
Germanicum, posthabito Tiberio, sibi successorem destina-
ret, tandem tamen cum Tiberio adoptandum dederat (z).
Frustra quidem id Tiberius timuerat, Germanicus enim
quanto summa fisci propior, tanto impensis pro Tiberio nitebatur.
(a). Interim Tiberius tamen cunctationem ad tempus
sumpsit, ut, quid Germanicus tantum tamque commoda
imperium parandi facultate & occasione ageret, & quæ pro
temporis ratione Consilia ineunda essent, compereretur.
Quæ Tiberiani animi sensa ita (b) detexit: *Tiberius haec
egit (factam recusationem intelligi) quod legiones Pannonicas
& Germanicas suspectas haberet, Germanicumque iis charum, quæ
cum Germanie præterat, meueret.* In urremque ergo partem cun-
tabatur, ut si quid ille turbantes prævalerent, ipsi securus ad pri-
yanam vitam regressus esset.

§. XIII.

IV. Scro-
pus.

Quarto Animorum Explorandorum causa Acci-
smus etiam amari solet. Quam Accisimi causam rursus in
Tiberio sese exercere videmus, ita enim de eo TACITVS: (c)
postea cognitum est, ad introfficiendas etiam procerum voluntates,
inducan dubitationem, nam verba, vultus, in crimes detorquens
recondebat. Facile enim præviderat astu ille plenus, fore ut
senatores, si recusaret imperium, eâ de re cum
ipso sint certaturi vel saltē collocuturi, cujuslibet ergo
ver-

(x) Annal. I. 7. 6. (y) ob raras ejusdem virtutes, quas in Compen-
dio exhibet Suetonius Calig. c. 1. seq. & Tacit. An. I. 33. (z)
conf. Tacit. An. I. 3. 7. Sueton. Tib. c. 15. & Calig. c. 4. Dio
Lib. 55 p. 557. (a) Tacit. An. I. 34. 1. (b) Lib. 57 p. 603.
(c) An. I. 7. 8.

verba, vultum gestusque observavit, utrum latentes an
tristes hanc recusationem arriperent, utrum mox annue-
rent, an constantius se se ipsi opponerent, quo, exploratis
animis, cau iustiusque rebus suis consuleret. Ita etiam
Gernia cum à Theodoro Moscorum Imperatore (de quo su-
pra jam §. X. & XI. aliquid tetigeram) ad succedendum in
Imperi administratione testamento nominaretur, sceptrum
sibi demandatum in Cnesios & Bojaricos proceres transtu-
lit, sed, ut ex eventu patuit, per Accisnum. Non quidem
ipsa thronum ascendere asestebat, sed, ut quam maxime
verisimile est, in gratiam fratris Borissi, in quem eam digni-
tatem derivari optabat. Qui vero Accisnous, judicio ~~TRA-
XI~~ (d) fatus est fratribus suis, ut populorum animos tentaret, nec im-
felici successu, mox enim catervatim adyolarunt lamentabi-
li voce orantes, ut sceptrum oblatum arriperet, asevera-
runtque scitam ipius, cui jam fidem obligaverunt, & fratribus
eius Borissi dictis audientes fore.

f. XIV.

Quinto tandem etiam ad fortiorum Modestiz, & qui-
tatis, civilitatis, bona existimationis, justitiae aliarumque
virtutum opinionem aliis de nobis imprimentibus, inservi-
re solet Accisnus. Si imperium species, singulare hoc Im-
peri Arcanum est, ut subditis aliisque persuasum sit, iusta
via justoque titulo regium solium te adiisse (e). Etiam
hunc Accisni scopum in Tiberio notamus, si Tacito, f) fidem
habemus, qui de eo hęc addit: Dabat & fama, ut vocatus
electusque potius à Rep. videtur, quam per uxorium ambitum
(Livix) & seniti adoptione (Augusti) irrepsisse. Quod si
vero ad alia quoque Accisni objecta progradi velimus, hic
potissimum, quem modo nominavi, scopus elucet. Quam
hiante ore quantoque studio passim honores dignitates-
que captentur, neminem latere potest, si, quid in hoc mun-
di

(d) Histor. Lib. 120. p. 833. (e) quo l' de Arcano conf. Cl. pmar. de
Arcan. L. II. c. 15. (f) An. I. 7. 7. adde Dion. Lib. LVII. p. 603.

di theatro fiat, vel lippientibus oculis contemplemur. Cum autem ambitionem bonis omnibus invisa esse prævideant ejusmodi homines, *ca* o corrupta, utut virtutis obruta, virtuosa tamen audire recusat; larvam ergo virtutis querit, eamque etiam in Accissi abusu invenit, cuius ope Ambitiosissimus quisque modestissimo modestiorum mentitur, & cupidissimus honorum devorator, humilimus eorum contemptor videtur, & qui clandestina manu varios cuniculos effodit, externe tamen ambitum sium magno studio celat. Nolo chartam exemplis adimplere, quotidianæ experientiæ testimonio, omni exceptione majori, nixus, Ex eodem scopo Avaritia & avida auri fames Accissi abusu se tuetur, ne, quam intus alii, turpitudinem aliorum etiam conspectui & judicio exponat. In exemplum autem prodeant *Heredipetæ* vel (*si cum Seneca (g) loqui velimus*) *Capti* *andorum testamentorum artem profici*, genus hominum hodie non minus quam olim frequentissimum, saltem Horatii tempore Roma nupsiam non obvium, qui & mores eorum Dramatico quasi carmine eleganter descripsit. (*h*) *Munera* *mittunt*, *quotidianâ* *quasi* *pro spe hereditatis tributa* *pendent*, *agris* *assident*, *ut* *aves*, *qua* *laceratione corporam* *aluntur*, *lassa* *morbis* *pecora* & *casura* *&* *proximo* *speculantur*, *ite* *bi* *imminent moriti*, & *circ*a *cadaver* *volant* (*i*) &

Crucis & *pomis* *viduas* *renuant* *avaras*

Excipiuntque *senes*, *quos* *in* *vixaria* *mittunt* (*j*)

Aliaque multa magno conatu perpetrant, quæ, cum in omnium oculos cadant, non tam benevolentiam, quam divitias senum, vetularumque eos affectare satis produnt. Rogati autem vel risu ab aliis excepti, omnia alia prius fatebuntur, quam quod hereditatis appetendæ causa ea omnia agant. Ita potius Divitem senem alloquuntur; (*m*)

Quin-

(g) Lib. VI. de Benef. c. 38. (h) L. II. Satyr. V. (i) Seneca Verba sunt Lib. IV. de Benef. c. 20. (j) Horat. Lib. I. Ep. I. v. 78.

(m) ex Horat. L. II. Satyr. V. v. 32. os. et. d. m. (n)

*Quinte, puto, aut Publi
tibi me virtus tua fecit amicum.*

Quod si etiam vel blanditiis vel beneficiis dictorem quendam voluntati sua subegerint, Testatorque forte iis testamentum legendum tradiderit, ut eō certiores de natura hereditate faceret, inspectionem ejus callide renuant, ne videantur speluncifaciendi beneficisse, interim tamen limis oculis, ne spe sua fallantur, inspicunt, heredes ne sint? soli ne sint? an alios insuper habeant coheredes? Ethoc est quod Horatius per epo^{is} Hareripet^z consilium suggerit (n):

*Qui testamentum tradet tibi cunque legendum,
Abnuere & tabulas à te removere memento:
Sic tamen, ut limis rapias, quid prima secundo
Cera velit versu? solus, multis ne cohares?*

Veloci percurre oculo.

Respicit autem posterioribus verbis veterem testamentum scribendi morem, quem RAPPOLTVS (o) latius exponit. Praeter hanc, qua haec tenus vidimus, etiam Civilitatis Capitatio fit aliquando Accissimi scopus. Civilitatis leges id volunt, ut in congressu aut incessu publico honoratiorem locum (p) aliis, ni dignitatis ratio aliud suadeat, concedam. Quā multi autem civilitatis famam pluribus ad speciem compoſitis verbis gestibus que, quibus aliis vel præire vel ad dextram incedere recusat, capient, qui tamen nihil minus ex qua mente ferre possunt, quam si aliis postponantur, notius est notissimo, nec pluribus indiget Exemplis, quibus Accissimum hunc demonstrem.

§. XV.

Verum sufficiant hæc de diverso Accissandum s^co- *Modus de-*
po haec tenus dicta. Progredior ad modum detegendi Ac- *tegendi*
D cisum, *Accissum*

(n) Lib. II. Satyr. V. v. 51. (o) in Comment. ad Horat. p. 376. (p)
Qui Germanis dextrum latus est, de more tamen Veterum & a-
liarum gentium vid. Rappolt. Comment. Horat. p. 373.

cissimum, Cujus sophismatibus larvam detrahere, interdum non tantum necessarium, sed & singulare ~~noīpōīac~~ & prudentia specimen habetur. Quosdam ergo detegendi Accisimorum modos apponere forte non superfluum erit, qui tamen, si non cum summo aliquando periculo usurpari vellint, prudenti circumspetione & non ibique omnes applicandi sunt. Quorum primus est, ut aripiatur quod Accisans simulata sua negatione vel concedit vel recusat. Ita larva jam olim Tiberio detracta est, cum enim in his scutatus obtestationibus, ut videri volunt, motus concessisset, sed ut non toti Reipubl. parem, ita quecumque pars sibi mandaretur, eius tutelam siccum purum, Asinus Gallus haec ampiens, interrogat, inquit, Cesar, quam partem Reipubl. mandari Tibi velis? (q) Quia improvisa interrogacione Galli (verba Lipsi sunt) (r) Bono Histrioni detracta propemodum persona est. Duplicem equidem sensum admittunt haec verba, vel enim interrogatio haec aequipollit negationi, ut sensus sit, quem Gallus ipse ex vuln. Tiberii offenditionem conjiciens dedit. (s) non idcirco interrogatum, ut dividere, qua separari nequirit: sed ut sua confessione argueretur, unum esse Reip. corpus atque unitus, antim regendum. Vt vere interrogativa sunt, & ita Tiberius ea acceperit, quod patet ex responsione, quam collecto an modo, cum in improvisa hac interrogatione paullum retinuisse, tradideva; Nequaquam decorum pudori suo legere aliquid aut epitare ex eo, cui in universum excusari mallet. (t) Nullus tamen dubito, quin Asinus Gallus data operari uti amphibita voluerit, ut & Tiberius sophismata detegeret, & simul ita loqueretur, ut si offendiceret forte Tiberium, commoda explicazione iram ejusdem leniret. Quicquid autem horum sit, Tiberius virtu suo & ira, quam corde conceperat, satis p. o. didit, quod deo, quem impastravi, modo Accisimus omnino II. Modus detegi possit. Secundus Modus detegendi Accisimi larvam est,

(q) Tacit. An. I. 12. Dio Lib LVII. p. 60. (r) in Comment. ad h. I. Taciti. (s) Tacit. & Dio I. c. (t) Tacit. An. I. 12. 3.

est, ut ostendatur nos simulationem istam satis intelligere; quod non ex animi sententia, quod abnuitur, reculetur. Qui quidem modus s^epe periculo non caret, hinc etiam Tiberii tempore Patribus unius meus, si intelligere Accisnum ejus viderentur; (u) Tertius ergo ibi adhibetur, ubi vis & periculum eō minus est timendum. Placuit hic modus Q. Haterio, qui diu cunctantem Tiberium tandem sic allocutus est: *Quousque patieris Caesar non adesse caput Reipublice.* (x) Impatientiam produnt hēc verba Haterii, qua commotus hēc dixit. Adulantis quidem sermo etiam videri posset, sed Tiberius eum bene noverat, hinc *in Haterium statim impetus.* Noluit enim videri caput esse Reipublicæ, qui, tanquam veteri libertate, maluit videri esse unus è multis, noluit in primis vero intelligi ab aliis, quod penes ipsum sit. Res publica truncane sit an cum capite, noluit tandem etiam seusa ejus animi aperiri, quæ id intendebant, ut fatigare tantum recusando senatum, & non nisi tardissime exorari voluerit. Eadem deregendi Accisnum artem exercere quoque voluit iste contra Tiberium, de quo *S V E T O N I V S* (y) testatur, quod dixerit: *Ceteros, quod pollicisi sint, tarde prestat: sed ipsum (Tiberium) quod prestat, tarde polliceri.* Idem discit ex *L U C I A N O*, qui in *Sympoio suo*, Tom. II. p. 635. Philonem introducit, Licini, qui simulabat, ac si solit recensere, quid in convivio quodam aetum sit, Accisnum exprobrantem his verbis: *ἀνθεῖος γυνάκιος παλὺ πλιόν οὐδεποτέ σε ἵπται, οὐ εἰπεί αὐτοῖς &c.* Satis cognoscit te dicendi longe esse cupidorem, quam me audiendi &c. Tertiū *III. Mē.* Detrahi Accisno quoque velum potest, Si urgeatur clara, *dus.* & ab omni suspensione remota responsio. Ita ille, cuius meminit *S V E T O N I V S* (z) Tiberio Romanorum animos simulata sua cunctatione nimis diu suspendenti, in tumultu regessit: *Aui agat, aut despat.*

(u) Tacit. An. I. 11. 6. (x) Tacit. Annal. I. 13. 4. (y) Tib. 24. (z)
in Tib. c. 24.

*Judicium
Morale
de Acci-
smo.*

Plurā quidem adhuc restant, quæ de Accisimo dici possunt & merentur, sed cum instituti ratio ad finem me properare jubeat, filum abrumpo, alia alii occasione reservaturus. Id tamen omittere non possum, quin Judicium Morale de Accisimo annexam, ut eō melius & accuratius de eo, quod haētēnus dicitum est, judicium ferri possit. Dissipendum ergo, an omnis per se illicitus sit, vel an detur licitus etiam Accisinus? aut si mavis dicere, an detur etiam simulata Recusatio, quæ licita sit? Optandum esset quidem, ut omni dissimulatione remotâ, cum quibusvis terra hujus Alumnis aperto animo agi posset, interim *cum pravos apud homines* (verba sunt PUFENDORFFII (a)) in fraudem pateat, qui omnia sua aperte præ se fert, & plurimi inanibus quam solidis artibus duci gaudeant; igitur non prius innoxias simulandi & dissimulandi artes ex humana societate prescribemus, quam omnis malitia aut vecordia hominum fuerit in probitatem & sapientiam mutata. Dari ergo aliquando licita recusatio potest, quâ simulamus id nolle, quod tamen volumus. Ratio autem hujus asserti deducenda est ex natura obligationis ejus, qua aliis animi nostri sensa claris verbis aperire tenetur, cuius vero potissima Regula est Charitas, quam proximo debeo, quæ sincera mente commodum ejus promovere & damnum amoliri me jubet. Quæ utique sancte à quovis est colenda, non tamen prohibet tacere aut etiam signis diversum quid à cogitatis nostris indicantibus uti, si scilicet Divino Numini nulla contumelia inferatur, honesti ratio non lœdatur, alter neque jus perfectum neque imperfectum, cogitata mea liquido intelligendi, habeat, adeoque ipsi nulla injuria fiat, aut nullum damnum accrescat, quod animi mei sensa ignoret, mihi autem bonum exinde eveniat, ut sic vel mihi vel aliis commendiori via prodesse possim, potissimum autem, si simulatio in ali-

(a) de Jure N. & G. L. IV. c. I. §. 9.

aliorum utilitatem suscipiat. Quod latius ex fundamentis suis deduxerunt **Beatus DANNHAVERVS** (b) **Illustris PVFENDOREIVS** (c) & **Magnificus Dominus BVDDEVS** (d). Quicquid vero pietatis erga DEum, Charitatis erga proximum honestatisque leges lredit, qualemunque etiam simulationis genus est, omnino fugiendum est. Ex codem fundamento fictiones aliquando Medicorum, qui aliud medicamentum porrigit, aliud nominant, si averationem xgrorantium noverint, defenduntur. Parimodo Accismus, urpote simulationis filia, tolerari potest, si ea, qua in simulatione licita requisita posuimus, rite obseruentur, & praesens rerum temporisque status, ut arcanis & obliquis magis quam apertis viis incedamus, urgeat. Qui tamen siullo modo honestatis, bona fidei, modestia aliarunque virtutum leges violet, & jura atque officia, qua alteri debemus, lredit, aut præter necessitatem arripiatur cum aperta sinceritate idem efficere possumus, omnino culpari meretur. Unde etiam **B. ALBERTI** in disp. cit. cap. II. §. 14. de Accismo ita judicat: *Nisi Justitia huic simulationi una cum prudentia siveat, ac præterea intra debitos modis limites continetur, licita esse non potest.* His ergo bene observatis, ad Classem licitorum Arcanorum vel sophismatum politicorum referri aliquando accismum posse concedo. Arcana autem, si licita esse velint, non sunt aliud, nisi, definitio **CLAPMARIO** (e), *Intime & occulte rationes seu Consilia eorum, qui in Republ. principatum obtinent, tum ipsorum tranquillitatis, tum etiam presentis Reipubl. status conservandi, id-*

-
- (b) Collegio Decalogico p. 438: seqq. ubi concedit simulationem Exploratoriam, Stratagematicam, Rectorianam & Erroris vel præservativam vel correctoriam. (c) de Jure N. & G. L. IV. Cap. I. §. 7, seqq. addatnr **GROTIUS**, de Jure B & P. Lib. III. c. I. §. 10. & Comment. ad Lec. 24 p. 835. & **B. ALBERTI** D.sp. de simulac. ac dissimulac. in regenda & administranda Republ. & Consultissimus **Dn. JOH. JAC. MULLERVS** Init. Eth. P. II. c. 16. §. 19. (d) **ELEM. PHIL. PRACT. CAP. IV. sec. 6. §. 3. sqq.** (e) Arcan. L. I. c. 5. p. 9.

que boni publici causa, de quorum natura & differentia eorumque oppositis, flagitiis sc. dominationis & artibus Tyrannicis pluribus egerunt. **B O E C L E R V S** (f) **C L A P M A R I V S**, (g) **B V D D E V S** (h) Quaz quidem, si eo quem dixi exerceantur modo, adhiberi possunt, præcipue si in ea tempora inciderimus, de quibus loquitur **Celeberrimus H E R T I V S** (i) Nempe tam interdum sui quoque commodi periculof. ignara pertinaciterque prodiga est multitudo, (aliquando etiam Princeps) ut eò nonnisi arte quadam circumventa trahi debemus. Majoris declarationis ergo fingam hunc casum: Praefuit per tempus aliquod Dux militiz p̄r reliquis peritissimus bello in causa principis sui justa pro salute publica ex urgente necessitate gesto, cum vero saepe necessarius militiz apparatus, magno licet sumptu à subditis congestus, ob Principis negligentiam defuerit, officio suo resignat. Intensissime vero à Principe, ut pristinam in se reciperet provinciam, rogatus, idipsum rāmen recusat, sed non scrià mente, eum tantum in finem, ut Principem imminens periculum, quod haec tenus contemnebatur, cautijs considerare doceat, eundemque, quem variis modis haec tenus frustra monuerat, hac occasione quasi cogeret, majori diligentia de belli sumptibus, quos à populo exhausto agre congestos Ministri dilapidarunt, bene collocandis prospicere. Quem ut obireat finem denuo rogatus, tandem Principis sui voluntati cedit, sed non nisi eà conditione, ut omnia ad bellum felici & celeri successu finiendum sint parata. Quibus obtentis brevi post finem bello feliciter imponit. Parimodo (fingam iterum alium casum) denominatur Ministrorum quidam à Principe, provinciarum suarum devastatore potius & Tyranno quam Patre, ut secundum à Principe locum concederet, & summam in se susciperet regendi potestatem, solā tantum dignitate minor. Annuit quidem intra se Minister pe-

(f) Comment ad Tacit. Ann. I. 6 p. 1012 (g) de Arcan. L. I. c. 9.
(h) Elein. Phil. tract P III. C. V. f. 5- XII. J. 2. seq. (i) in
Element. prud. Civil. p. 21. f. 14.

petito huic, avidâ mente occasionem subditos à Tyrannico
jugo liberandi arripiens. Cum tamen sciat, Principem
jan alios etiam eodem modo tentasse, eosque cum statim
Principis petito locum dedissent, tanquam emergendi cu-
pidas & Principatum anhelantes, trucidari iussisse, recusat
provinciam à Principe oblatam, sed fictâ mente, eum in si-
nem, ut animum Principis exploreat, saluti sua consular, &
eo certius hujus potestatis, quâ maxime saluti publicæ con-
suile e posse, compos fiat. Novit enim Principis animum,
quod recusanti potius quam avidè arripiens hanc dignita-
tem sit collocatus. Tandem tamen denuo à Principe
rogatos cedit, & Tyrannicum in paternum regendi mo-
dum commutat. Non video sane, quomodo uterque in
duobus his casibus sit vituperandus. Finis enim est Ro-
minus. Medianihil virtutib[us] habent, & res ipsa in mortalium ut li-
tatem vergit, nec statim, quia simulatio est vitium est. Si
quidem et am Salomon, Regum sapientissimus ex simu-
lationschola veritatis tentamen petit, ob quod sapientiae
sux en omnia auxilii potius quam male famæ notam attraxit,
dum vitam denegare simulat infanti isti, de quo à du-
bus mulieribus contabatur. I) Ita ipse Deus Abrahami si-
dem tenta urus, videtur denegare velle Isaaco ulteriorem
vitam. (m) Et Christus ut cupiditatem discendi Discipulo-
rum in vicum qui Emmaus dicitur migrantium tentaret ma-
gisque accenderet, προσποντίσα περιπατησα προσεύθαι, simu-
latur tergus se ipso. (n) ut alia Exempla taceam quorum
plurima ex Grotio atque AEGID. HVNNO adduxit
B. DANNE. (o).

S. XVII.

Quanquam autem, ut hactenus vidimus ali-
quando Accusamus coicidi possit, in praxi ipsa tamen ut
p[ro]p[ter]a fallaci, calido, & pessimo animo adhibetur. Li-
mites,

¶, 10 Reg. III 24. (m) Gen. XXVII 2 confer. Danneb. Hodoloph.
p. 226. (n) Luc. XXXIV 28. (o) Colleg. De aleg. p 438. s. p.

Limites, quos posuimus, adeò plerumque negliguntur, ut Accisans non prudentia aut politici nomen merentur sed vafri, astuti, ac nefarii hominis. (p) Larva fit Accisamus, qua Domini-
nandi libidinem tegere, & bonum quandoque principem
mentiri solent multi, donec potentiam, quam affectant,
imperarunt, qua obtentâ, ambitiosum & quandoque ty-
rannicum animum sub larva absconditum satis produnt. &
in dominationis flagitia ad tempus celata erumpunt. Quod
sane ex iis, quæ supra imprimis de TIBERIO attulimus, ad
satietatem usque patet. Tiberiano enim more atque in-
dole qui accissat, pessime accissat. Artes enim regias & ty-
rannicas subinde miscuit. Ipsius enim scopus fuit Dominatio
sine fine, sed ut haberet schema & simulacrum libertatis & opiti-
mi principatus. Accessu tamen consilium, nihil pensi moderataque
habere, dummodo finis illo obtaineretur, nihil illicitum, nihil turpe
credere, quod id pertineret, si modo colore aliquo in publicum aut
prætextu posset prescribi, utilo quitur à **VARO BOECLERVS** (q)
in egregio isto specimine seu Breviario artium Regiarum &
Tyrannicarum, ex VI. Libris prioribus Annalium Taciti
delineato. Quoties per Accisum Sacro Sanctum DEI
ipsiusque providentia nomen profanatur, ut quod à multis
ſæpe illicitis mediis & machinis, ambitur, queritur, affe-
ctatur, id diu impudentissimo animo renuitur & tandem
tanquam singulari DEI providentia & nutu invitis nobis
injunctum & imperatum, cum ulterius resistere nefas du-
catur, accipitur fallaci & callido animo? quod in **BORIS-
SIO** duorum in Imperio Moscorum Antecessorum primario
cruelitatis ministro, ostendit **TRIVANVS** (r). Quoties

Ac-

(p) verba sunt Clapmar. L. I. c. 6. p. 13. (q) in Dissert. polit. XVI.
Instit. polit. annexa p. 411. Unde non immixtò à Magnis.
BVDDEO afferit in Elem. ph. pr. P. III. c. 5. scđ. 12. §. 14.
arcana dominationis rite adhiberi non posse nisi ab emenda-
re voluntatis principe, facillime enim alias eundem vel ambitio
vel avaritia vel voluptas à justitia regulis abripiat. (r) Hi-
stor. L. CXX. p. 834.

Accissim ope modesti honorum contemptoris speciem induimus, cum tamen ad ambitionis animis sepe per venerimus? ut supra jam etiam §. VII. vidimus. Habet enim etiam virtus, quod aliquando renuit. Homo enim qui virtutem vere sectatur, utcunque honorem aut proemia meritus fuerit, humilitatis & humanæ imbecillitatis memor, nec suis nec aliorum de se latis judiciis temere confidit, unde non facile aliquid ambit, immo oblatum etiam officium aut dignitatem sepe, sincero tamen animo, declinat, tantum enim se meruisse aut pares destinato muneri humeros se habere vix credit. Quod si vero etiam instantibus offerentium precibus locum relinquat, id quasi coactus agit, quia vel publica salus vel obsequii leges id ipsum poscunt, & natus suis ope divina aut favore offerentium fretus, quo vocatur abit: & quod offertur, accipit. Cui renitentium classi inferas Mosen (s) Jeremiam (t) Joh. Chrysostomum (u), Ottoneum Magnum, Saxon. Ducem, qui Ludovico IV. quem Infantem cognominant A. 912. defunctorum, Imperator designatus, sed ob oneris magnitudinem atatus que ingravescerentiam, dignitatem Imperatoriam recusavit, & Conradowm I. eligendum esse suasit, (x) Fridericum III. sapientem, Saxonia Electorem, ad quem Imperium delatura fuerat (verba sunt SLEIDANI (g) sed) in ingenti animo recusabat, & suo suffragio Carolum (Quintum) designabat, & oblatam eo nomine magnam pecunia vim à Legatis Caroli rejecit. & suis ne vel teruncium acciperent, mandabat. Et (qui ex recentiori historia solus sufficiat) Martinum Guierum, supremum Aulae Saxon. Elect. Con-

E. cito.

(s) Exod. IIII. & IV. (t) Jer. I. 6. (u) teste ipso in egregio Libello ~~se~~ ipsorum de sacerdotio passim, & Palladio in Dialogo de Vita Chrysost. p. 8. (x) VVitichind. Annal. Lib. I. p. 634. & Gobelini Personæ etat. VI. c. 46. p. 246. in Rerum German. Meibomii Tom. I. (y) Hist. L. I. p. 29.

卷(34) 58

cionatorēm (z). Horum aliorumque Modestia atque Magnanimitas cum omnium fere ore magnis laudibus ferantur. Encomia hæc multi etiam Honorum cupidissimi captant, sed larvam tantam virtutis non ipsam virtutem amant. Renuunt etiam, quod offertur, sed mala mente & causas suæ recusationis à Modestia aliisque virtutibus quasi mutuantur, idemque cum his loqui & sentire videri volunt, sed tanum ut vel ambitionis turpitudinem tegant vel boni viri famam conciliare sibi conentur. Renuunt insuper plerumque ad tempus tantum, donec quod querunt obtinuisse se putant. Si flecti se patiuntur (facile autem flecti possunt, cum serio nunquam declinaverint) alium finem plerumque sibi habent præfixum, quam effantur, non tam alias quam sibi prodeesse cupiunt, & non tam DEI, quod tamen jactant, quam suam gloriam venantur; quodque adeo impudenti fronte sepe repetunt, ut, cum quilibet turpem hanc simulationem intelligat, vel aliorum contemptui risuque se exponant vel etiam in aliis ubi verâ loquuntur, fidem eivix amplius inveniant. Quod etiam Tiberio, Diuimulorum isti Principi contigisse, annotat *RACITVS*, a) utpote qui ad varia C. toises irrisa revoluta, de reddita in R. publ. utque consules seu quis aliud regimèn suscepissent vera quoque C. bonis fidei demisit. Quod ~~restitutor~~ FORSTNERVS suo calculo approbat. b) Ita mercuri inquietus, qui omnibus suis dictis fatusque simulacionum tubes obstrunt, ut etiam cum si vere agari fides non merebitur. Et ut pauca adhuc addam, Gargulus (d. hinc tranquillitat & concordia civili nocentissimus, etiam Accisini ope turpitudinem suam tegeret conatur. Hic enim ea proximi dicta vel fa-

(2) Cap. Ziegler, in Lib. de Clerico Reintente; prefat. (a) IV. Annal. 9. 2. (b) N. d. l. l. C. Tacit. (c) de quo conf. elegans eten Plutarchi Libelli de Cicerone. Tom. I. p. 502. & M. L. d'Ch. B. B. Garci. Enslavete Welt p. 207. Charakter, XII. einer Pauperin oder Schauspielerin.

Etia, quæ merito celare debet, divulgare non veretur.
 Rogatus ergo ab alio de proximi Rebus, recusat equidem id ipsum facere, sed mente simulata; quem tamen ejusdem characterem malo ex LUCIANO, (e) quam meis verbis exprimere. Introducit nempe Philonem, qui Lycinum rogavit ut ipsi, quæ in Aristoneti cœna acciderant, recenseret. Lycinus vero ea ipsa palam facere per Accismam recusat, cui Philo regerit: *Ludos nō fācīt Lycne* (licet vero versionem Latinam tantum compendii causa afferre) at non erat apud me sic agendum, ut qui cognorim aspīsime te ascendi longe esse cupidiorē quam me audiēdi. Et mibi videris, si tibi dēcessent audītores, vel ad columnam aliquam, vel ad flavam accessūrū, quo omnia uno spiru commētēt effunderes. Quod si nū volū ro discēdere, non sine me abire, quin audiverim; invenies, comitaberis, regabis. Atque ego te iūm. vicissim ludam. Quin si ita vis, abeamus ex aio audiūri, tu vero ne dicas. Lycinus Nibil successas, narrabo enim, h̄q̄ sitēdēm rātopere cupis: sed ea lege, ut apud vulgus non efferas. Philo. Ni prorsus Lycini morum sum obī us, tute meius id feceris, & prior omnibus e-narrabis: ita ut me nū il opus fuerit. Præterea Savus etiam vel crudelis Accismi larvā innocētiā mentitur ut extra culpam se possum esse mulius persuadeat, *Borsius*, quem supra jam aliquoties allegavi, quamquam præiunus crudelitatum Joannis Chasilia mihi extulisse, ueritatē in defunctum invīda, summan apud populos ex militatis eius decreto maiestridū laudem ad pīus est. Quod ut & aliud adhuc Accismi genus, crudelitatem regens, adduxit THYANVS (f) Simile quid ex apolo, quem svitas (g) addūit, etiam elici potest, introducit enim Neroneū, ac si Annan & Caiham ad se vocasset, ut rationem redderent, cur Christum cruci affixissent, Hi

(e) in dyonisii Tom. II. p. 635 E versione Iohannus Beneditus. (f)
 Lib. CXX. p. 833. (g) in loco Negore.

autem, ut & malitiam suam velarent & periculo imminenti eriperentur, culpam à se amovent & in Pilatum transferunt, cuncta pro arbitrio hunc gessisse asserentes. Verum sufficient hæc de Acciso dicta, cum plura addere instituti ratio deneget. Votum interim cum Bonis omnibus in perpetuum mihi esto, ut sancta ista ἀπλότης καὶ ἀδιπίνεια θεοῦ simplicitas & sinceritas DEI(h) firmam stabilemque in omnium animis sedem figat, sic enim vera felicitas statusque publici & privati cuiuslibet tranquillitas magis magisque reducetur; quod si vero dissidentiam cautamque vivendi rationem hominum malitia suadeat, ut ea ab omnibus confilia inenatur, qua nec justi regulas, nec honesti leges impugnant.

(h) 1. Cor. V. 8. 2. Cor. I. 12.

FINIS.



72 919.

ÖN A 6610



V ① 18

5b.

V ① 17
V ② 18



B.I.G.

Farbkarte #13

Q.D.B.P.
DISSERTATIO PHILOSOPHICA
DE
ACCISMO
SEV
SIMVLATA RECV-
SATIONE EIVS, QVOD
MAXIME CVPIMVS,
QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO
GVILIELMO HENRICO
DVCE SAXONIAE, IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM
ANGARIAE AC VVESTPHALIAE, &c.
Benevolo Amplissimæ Facultatis
Philosophicæ induitum
In Illustri ad Salam Academia,
PRAESES
M. JOHANNES HENRICVS BARTH,
Argentinenensis,
Et
RESPONDENS
JOHANNES CHRISTIANVS PAPPRIZIVS,
Grüneberga - Siletius, S. Theol. Stud.
Placidæ Eruditorum Censuræ exponunt
D. April. A. O. R. MDCCVIII.
JENAE, Litteris NISIANIS.